

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Religio s
cum fonte primo

Eo quoque tempore quo ad ministerium altaris accessi, hoc de me ignorantе me actum est ut sacri ordinis pondus acciperem, quatenus in terreno palacio licencius excubarem.

Gregorius ibidem (in prologo moralium).

Quia enim mundi iam tempora malis crebrescentibus termino adpropinquante turbata sunt, ipsi nos, qui interius mysteriis deseruire credimur, curis exterioribus implicamur; sicut eo quoque tempore quo ad ministerium altaris accessi, hoc de me ignorantе me actum est, ut sacri ordinis pondus acciperem, quatenus in terreno palatio licentius excubarem; ubi me scilicet multi ex monasterio fratres mei germana uincti caritate secuti sunt.

Gregorius Magnus, *Epistula ad Leandrum*, 1 (CCSL 143, M. Adriaen ed., p.2, ll.27-34).